Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift



uir sanctus absq; cuiuslibet comitis adminiculo
solus ut erat iter arripuit. et per quinquaginta
fere passuum milia gradiens. locum quo noca
batur inuisit Sed cum per ignotu loci solus vi
ator moderet. ubiamq; biuium occurebat. duo p
tinus iuuenes uidebant assiste qui sibi quo
gressus dirige debeat indicarent Qui ni
mirum iuuenes alij sunt arbitrandi nisi ange
lica spiis. ad sancti uiri custodiam deputati?
Quid autem mirum si angeli sanctorū videli
cet hominum amatores iter docebant ne vir san
ctus erraret. cum et bruta animalia eius ue
stigia sequerent ne solus abiret? Nam tres
corui per omnem vitam indiuidui illi facti sunt
comites. eius assidue uestigia prosequentes. hodie
q; in silua que uenerabili monasterio cassini mō
tis adiacet. duo siue ut asserunt tres corui an
nua semper reuolutione nidificant. quos ab
illis antiqui temporis corui nonnulli prodire per
traducem seminis asseuerant. et reuera quoti
die monasterij foribus aduolant. ut circuitum
tes et alas ac rostra pandentes solitum escam
uelut debitum censum ex veteri possessione
iure deposcant Et ut clarius innotescat q;
perugil super beati viri diuina gracia corus
cauerit. sanctus quidam vir in predicti cassini
montis tunc arce degebat. cui diuina voce pre